

damnum tamen ab omnibus datum est notabile; ea- que de causa vnusquisque ipsorum, simul cum alijs, concausat damnum proximi notabile, ac proinde, nisi ignoratia probabilis excuset, qua vnusquisque eoru negligat alios, vna cum ipso, esse concausatus talis damni notabilis, lethaleriter peccant: eo quod concausare damnum proximi notabile culpa fit lethalis. Eade ratione quando, alicui constat, post damnum notabile iniuste datum, ipsum, vna cum alijs, illud dedisse, tenentur singuli sub culpa lethali illud ei resarcire, ar- que adeo tenetur ille sub lethali culpa restituere par- tem damni, quam ipse dedit; interim dum non est verum dicere, proximum illum iam non esse in dam- no notabili.

Nonnulla tamē admonuerim. Primum est; Ma- ius damnum requirit ad lethalem culpā multorum, quorum quilibet accepit modicum quid, neque fuit causa damni aliorum, quam requiritur ad lethalem culpam vnus solum, qui dedisset totam latitudinem damni. Ratio autem est, quoniam longē minor culpa vnus cuiusque est, causam esse iniustitiam damni notabilis proximi, vna cum alijs, modicum quid accipiendo de bonis illius, quam sit vnus eorum, clare iniuste id totum damnum, & eaque de causa longē ma- ior quantitas damni requiritur, vt accipere modicū quid impetur alicui ad culpam lethalem, quando alij dant similiter damnum, quam quando aliquis so- lus dat totum damnum.

Secundum est, non videri culpā lethale, quando, post datum totum notabile aliquod damnum, vt post transitum exercitus per vineam alicuius, aliquis ra- cemum de eadem vinea acciperet. Quoniam per eā accceptionem non concausat notabile damnum, sed inuenit illud iam datum, & ipse modicum damnum dat. Teneatur tamen id restituere sub culpa lethali, quemadmodum teneretur, qui a principio modicū damnum dedissent, nescientes alios postea augmen- tatos notabiliter damnum, esto id tunc accipien- do, non peccauerint lethaleriter.

Tertium est. Quando modica aut nulla est spes re- liquos restituere, non videri culpam lethalem, eius, qui modicum quid accepisset, siue a principio, siue dum simul damnum notabile dabatur, siue post il- lud datum, id non restituere. Ratio autem est, quoniam id tunc insufficientis est ad erudendum proximi etiam partialiter ad damno notabili, & per se solum non est tanta quantitas, que inducat obligationem restituendi sub culpa lethali, nihil impediens, quod is de cuius bonis iniuste est ablatum, sit aliorum culpa in damno notabili. Quando autem spes aliqua est, quod multi ex alijs restituerent, tunc vnusquisque esset cogendus sub lethali culpa modicum id restituere, neque aliter esset absolendus. Rarō tamē in praxi occurrit casus, in quo modicum iniuste acce- ptum sub lethali culpa sit restituendum: quia rarō spes erit, quod alij modicas partes, quas acceperunt, restituant.

Quartum denique est. Moraliter hec omnia esse intelligenda, ne in baratarum scrupulorum incidant confessarij & penitentes. Neque in alio euentu esse iniiciendum scrupulum lethalis culpae modicum quid accipientibus, aut cogendos esse illud restituere sub reatu culpae lethalis, nisi quando constat alios dedisse simul damnum notabile, nihil impediens, quod probabile sit multis, de quorum bonis modicum quid accipitur, decurru longi temporis, simul, aut successiue, datum ab alijs esse notabile damnum. Longē quippe antea datum esse ab alijs damnum no- tabile non efficit culpam lethalem in me, quod cir- ca aliquam rem damnum leue illidem, neque indu- cit obligationem restituendi sub culpa lethali.

DISPV T. 690.

Vtrum in occulta acceptione rei propria, quam alius habet, cernatur furtum.

S V M M A R I V M.

- 1. Furtū non committit, qui rem suam clam ab eo accipit, qui illam iniuste retinebat. Peccat tamen, nisi occur- rant conditiones requisitae ad licitam compensationem, & quae curare teneatur.
- 2. Furtum, saltem aliquo modo, committit, qui rem suam clam ab eo accipit, qui iniuste illam retinebat, tenetur que illi restituere valorem usus, quo eum iniuste pri- uauit, & damna subsequens, etiam lucri cessantis, & impedire ne alia sequantur, atque hec omnia ex iniustitia. Et quando ad id furti concedatur, quando non item.

Quod propositum est, erit consequenter disputandum. Rem, cuius dominium est apud alterum, potest aliquis apud se habere vno de duobus modis. Primo, titulo iusto, vt si illam accepit commodatam, conductam, in depositum, in pignus, aut titulo alio iusto. Secun- do, iniuste, vt si illam furatus est, aut vfurarius acce- pit, vel finito tempore, pro quo erat commodata, cō- ducta, aut titulo alio iusto detenta, non vult eam red- dere, vel alia ratione iniuste eam retinet.

Hoc ita constituto, Prima conclusio est. Quando alius rem suam clam accipit ab eo, qui illam iniuste detinebat, non committit furtum. Et quamuis aliquando possit id licite fieri, si concurrant ea, quae ad compensationem licitam dispositione sequenti explicabimus, quando tamen illa non concurrunt, peccatum est ius sibi dicere, propria autoritate illam accipiendo. Praeterea, qui rem clam eo modo accipit, curare tenetur, ne ab eo, qui rem detinebat, neq; ab heredibus illius, iterum restituar. Item curare te- netur erare illum de conscientia, quae credit, se adhuc teneri eam restituere; ne in peccato perseveret. In hac conclusione conueniunt doctores communiter, Ioan. Med. de reit. quaest. 1. 1. Sotus. 5. de iust. que- stio. 3. artic. 1. ad 3. Syluest. verb. furtum. quaest. 12. Gab. in 4. distin. 1. 5. quaestio. 3. artic. tertio, dub. 3. & alij, patebitque magis ex dicendis circa compensa- tionem dispositione sequenti. Prima vero pars huius conclusionis colligitur aperte ex leg. si quis rem 1. ff. de furtis. D. Thom. secunda secunda, quaestio. 66. artic. 3. ad 3. licet in re circa eandem primam par- tem conclusionis consentire videatur, obteuē tam- men loqui tur, & Caiet. ibidem laborat in eo expli- cando ac defendendo.

Secunda conclusio. Quando aliquis rem suam clam accipit ab eo, qui iusto titulo eam detinebat, neque adhuc tenebatur eam reddere, committit fur- tum aliquo modo, quatenus scilicet iniuste priuat legitimum detentorem iure, quod ad illum retinen- dam habebat, teneturque restituere ei commodita- tem, quam iure poterat ea percipere. Ve si erat commodata vsque ad certum tempus, aut locata, te- netur restituere ei vltimū rei illius, quo iniuste ei pri- uauit, aut valorem illius, si vltimū restitui non possit. Insuper tenetur ei restituere totum lucrum ex eo ei cessans, aut damnum ex eo ei emergens, quod iniuste eam rem accepit. Praeterea tenetur curare, ne is detentor, aut haeres illius, iterum illam restituens, arbitantes perijisse, aut disparuisse, culpa detentoris. In hac conueniunt D. Tho. & Med. locis cita- tis, & Doctores communiter. Neque in ea potest esse dubium, tum in conscientia, tum etiam in ex- teriori

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

teriori foro, quoad ea, ad quae eum teneri, sunt com- memorata: eo quod ea iniusta talis rei acceptione, causa fuerit iniustitia eorum omnium damnum ei, qui iniuste illam retinebat, atque in exteriori foro, sal- tem actione ex eo titulo iusto, ex quo iniuste illam de- tinebat, vt actione commodati, vel locati, aut alia si- mili, iniustus talis rei ante tempus occupator cogetur ad ea omnia, quae commemorata sunt. Dubium verò est, vtrum in exteriori foro aduersus dominū rei, ita iniuste clam eam occupantis, competat a Gtio furti ad panam pro furto statutam. Et quidem, quando detentor iustam causam habebat rem retinendi, vt quia in pignus adhuc perseverabat ei obli- gata, aut quia in re commodata fecerat commodatarius expensas, quas commodans tenebatur soluere, & ratione quarum, interim dum non soluebatur, tanquam pignus poterat eam retinere, aut si detentor vfum fructum in ea re adhuc habebat, & idem credo, si illam habebat conductam, necdum que fi- nitus erat contractus, quandoquidem ex mercede conductionis competeat oneroso contractu iusta detentio, sanē in his omnibus, & similibus euentibus, cōceditur actio furti aduersus dominum rei ita iniuste eam clam occupantem, vt expressē habetur l. creditoris. §. vlt. in actione §. qui rem, & l. si quis rem. 1. ff. de furtis. Quando autem contractus com- modati lucratio commodatarius rem iniuste detine- bat, & ante finitum contractum commodans rem clam vfurpauit, non videtur iura concedere com- modatario aduersus commodantem actionem fur- ti, sed solum actionem ex commodato contrarium (ei scilicet actioni, quae commodanti competit ad- uersus commodatarium, quae in iure appellatur a- ctio directa ex commodato) ad ea omnia, quae com- memorata sunt, vt satis in genere videtur. l. creditoris. §. vlt. iuncta glo. ibi. verb. placuisse, & l. si quis rem. 1. ff. de iuris.

Discrimē verò est inter acceptionem propriae rei in euentu huius, & in euentu praecedentis conclusio- nis. Quod, cū in euentu iuris conclusionis ea acce- ptio sit contra iustitiam, tenetur accipiens ex iustitia ad dāna omnia ex tali acceptione subsequuta. Ad ea verò, ad quae diximus in prima conclusione teneri, qui rem suam clam accipit, solum tenetur ex carita- te, quoad cōmodo id efficere poterit; eo quod acce- ptio non fuerit contra iustitiam, atque inde est, quod quicquid sequatur, non tenetur id resarcire, nisi a- liquid proximi inde ad ipsum peruenit.

DISPV T. 691.

Vtrum absque furto licitumque aliquan- do sit, propria autoritate compensare occulte, quod alius debet, tantundem de bonis illius accipiendis.

S V M M A R I V M.

- 1. Compensatio in foro conscientiae, quibus conditionibus interuenientibus sit licita.
- 2. Legitime sit in foro conscientiae sit facta compensatio, & propter illam, qui legitime eam fecit, condemnatur in foro exteriori, non tenetur stare sententiae, si sine scādalo possit, quae in sola praesumptione fundatur.
- 3. Compensatio legitime in foro conscientiae, dominium comparat verum, quas in compensationem accipit.
- 4. Compensatio quomodo sit licita, aut illicita, famulis, & alijs, qui res aliorum agunt. Quam panam incurrant factores, & alij, qui a mercatoribus aliquid accipiunt, & mercatores, qui id eis dant, vt emptores ab ipsis potius, quam ab alijs emant.

Disputatio haec cum praecedente est con- iuncta. In quibus autem rebus, & quan- do, locum habeat compensatio in foro exteriori, & in quibus rebus, & quando, locum non habeat, Disputa. 297. & 160. dictum est. Nunc verò de compensatione in conscientia, vel occultam compensationem autoritate propria, atque adeo furtum in ea minimē interuenire, modo tamē sequentes conditiones interueniant.

Prima, vt debitum, quod quis ita compensat, sit liquidum ac certum omnino. In dubio enim, etiam probabiliter, an aliquid alicui debeatur, nefas est ei, oc- cultam accipere compensationem. Quod si aliquid in compensationem talis debiti accipiat, contra iustitiam peccat, atque ad restitutionem illius tenetur, & damnorū, quae inde ei fuerint subsequuta, a quo fuerit acceptum. Ratio verò est, quoniam in dubio melior est conditio possidentis: eaque de causa, sicut, qui id possidet, non tenetur dare, nec totū, nec par- tem eius, quod ita possidet sic contra iustitiam pec- cat, qui id clam ab eo inuito accipit. Cū hac prima conditione id etiam est cōstitutum, vt non plus accipiat, quam sit liquidum debitum.

Secunda, vt, qui id vult ita compensare, non speret, petendo a debitore, aut iudicis autoritate, quod si iudex debitor, posse id cōmodo recuperare: vt, si desint ei probationes, aut debitor sit potens, quē iudex solet timere, periculumque sit quod ea, aut alia ratione, iudex flexetur, aut ex ignorantia iniustam ferat sententiam, vel si necessarij sint magni sumptus, aut labores, aut molestiae, ad ea rem via iudicis obtri- nendam, aut timent periculum alicuius damni ac iac- turae honoris, amissionis amicitiae cū debitore, vel alterius similis: modo tunc haec alicuius sint momenti, habita ratione rei, de qua agitur. Ac sanē, quando adfunt caeterae conditiones requisitae, facile nec in- teruenire poterit, nisi debitor cordatus sit ac bona conscientia, qui facile, sine lite, debitum soluet, si ad- monetur, sufficiensque sint probationes. Illud ve- rō admonerem, qui, quod debitum est liquidum, com- modeque soluet illud via iudicis obtinere, faceret oc- cultam compensationem, quamuis peccaret, & in- terdum lethaleriter, ius sibi dicendo, propria ve auto- ritate rem sibi debitam vsurpando, contra id, quod, l. vnica. C. ne quis in sua causa, sancitum est, nihil o- minus, quia res erat sibi debita, neque ita occulte eam vsurpando, peccauit contra iustitiam, sed solū trans- gressus est ordinem ad iure statutum, vt ique ad nullā teneretur illius restitutionem, sed solum tenetur subire panam, si quam iudex postea ea de causa ei imposuerit, detecta iam acceptione propria autori- tate, & lata a iudice ea de re sententia.

Tertia, vt ex tali compensatione non sequatur scan- dalum aliorum, aut detrimentū alterius, cui imputa- ri possit, eum furto id accepisse, aut aliud simile, ne- que item sequatur periculum infamiae propriae, aut damni ipsius corporalis, quatenus, si confict postea ipsum id accepisse dño inuito, praesumeretur in ex- teriori foro, fuisse id furatum, interueniturque vt iur. Ad hanc tamen conditionem seruandum, solum tenetur lege caritatis propriae, ac proximorum, non verò iustitiae lege. Gab. in 4. d. 1. 5. 3. art. 3. quem sequitur Nauar. in Manu. c. 17. nu. 113. ait, quando ex tali compensatione sequeretur damnum spirituale, aut corporale, alterius, teneri ita cōpensantem ad restitutionem illius. Caeterum, si solum sequeretur per accidens, quia videlicet per accidens est quod praesumatur alium id furto abutuisse, aut alia simili ratione, non video efficientem ita compensationem, peccare contra iustitiam, sed solum contra caritatem, & ob id non credo teneri eam ad restitutionem.

Quarta,

Quarta, vt consulat spirituali eius saluti, à quo id in compensationem accipit, illi significando, non tenet eum iam ad id debitum, quando est verisimile eum existimare, se adhuc ad illud teneri, cum conscientia peccati non restituat, quod te ipsa restituere non tenetur. Item vt provideat, ne debitor, aut heredes illius idem debitum restituat iterum, si non vitiam habeant de debito, arbitrenturque se ad illius restitutionem adhuc teneri. Ad hæc tamen duo solum tenetur lege caritatis, quantum patiuntur circumstantiæ concurrentes, attendendo, ne ex tali significatione, aut ex alio remedio, quod in debitoris bonum fit adhibendum, immineat ei, qui compensatio nem fecit, notabile aliquod damnum, si debitor compensationem suscipiat. Quia ergo compensans ad hæc non tenetur lege iustitiæ, neque etiam ad secundum, quando sine suo notabili detrimento non potest impedire restitutionem minimè iam debitam, vtiq; quicquid postea sequatur, ad nullam tenetur restitutionem ex parte iniuste accepti, damniue iniuste dati, sed solum ex parte rei acceptæ tenetur reddere, quod fuerit restitutum, cum iam minimè debetur, aut teneretur illud non accipere, si commodè possit.

Quinta, vt id, quod in compensationem accipitur, sit debitoris, & non alicuius alterius. Si enim acciperet rem apud debitorem depositam, aut eam commodatam, vel in pignus traditam, aut quam iurto, vel viurariè accepisset, vel cuius alia ratione non compararet dominium, tum restituere illam teneretur ei, cuius esset, seruareque eam teneretur indemnem.

Sexta, vt compensatio, quoad fieri possit, in re fiat vsu consumptibili, eiusdemque speciei cum ea, quæ debebatur. Vt si debebatur pecunia, fiat in pecunia: si triticum, aut oleum, fiat in tritico aut oleo. In alijs quippe rebus non faciliè seruatur æqualitas, faciliusque euenit, grauari debitorem, esseque rationabiliter inuitum: qua de causa, vt disputationibus citatis distictum est, in foro exteriori non admittitur compensatio, nisi in rebus vsu consumptilibus, eiusdemque speciei, cum rebus debitis. Quando autem non sunt bona eiusmodi, in quibus compensatio fiat, fieri in foro cõscientiæ potest in quibuscumque alijs rebus seruanda tamen est æqualitas quoad valorem, semperque fieri debet cum quàm minima debitoris iactura possibili.

Aliqui septimam addunt, quòd, qui ita compensat debitum, non sit in erronea conscientia, quòd compensando eo modo, quod sibi debetur, peccet. Et quòd paratius non sit committere lethale peccatum periurij, negando compensationem, si de ea sub iuramento interrogetur, aut aliud lethale peccatum. Caterum id, quod dicitur de conscientia erronea, in omnibus actibus licitis similiter locum habet. Id verò, quod de periurio illo additur, faciliè vitari potest, respondendo, eam non fecisse, intelligendo, quæ cum fieri tenetur. Qui sensus verus est, legitimumque ac rectus iudex, si is sensus exprimeretur, diceret, ne nõ in alio interrogare, vt alibi copiosius de similibus iudicium interrogationibus dicitur.

In his conditionibus, tamen non ita copiosè explanatis, consentiunt. D. Thom. secunda secundæ, q. 66. art. 5. ad 3. Caieta. ibi. Sotus 7. de iust. quaestio. 7. art. 1. Med. de rest. quaest. 11. Gabr. in 4. distict. 1. 1. quaest. 3. art. 3. dub. 3. Syluest. verb. furtum quaestio. 13. Nauar. in Mann. cap. 17. numero 112. & sequentibus, Palud. in 4. distict. 1. 5. quaestio. 2. art. 2. concl. 5. & alij. Ratio verò cur seruatis his conditionibus, fas sit occulta compensatio, hæc est: Quoniam non est præsumendum, ius humanum intendisse, concurrentibus his conditionibus, nullaque occurrente viatura, qua is, cui aliquid indubitatè debetur, compa-

rare id possit via iudicis, prohibere compensationem occultam, neque, si id intendit, iustum esse tale præceptum: quo fit, vt, concurrentibus his conditionibus non faciat contra ordinem, sed præter ordinem iuris, qui talem fecerit compensationem. Neque is dicit tibi ius, sed exequitur suum ius perspicuè ac manifestum, in defectum publicæ potestatis, quæ id velit, aut possit exequi; in quo laudè nullum interuenit peccatum.

Dubium est, vtrum, qui modo explicato accipit aliquid in compensationem, comparet dominium illius, & alter, de cuius bonis id accipit, illud amittat. Et vtrum, si postea de compensatione facta conseruet, eaque de causa compensans condemnatur ad aliquam penam, tenetur in conscientia foro stare sententiæ. Hæc duo dubia excipit Ioan. Med. quaestio. 11. citata. Atque, quod ad primum attinet, propendere videtur, compensantem non comparare dominium. Quòd verò attinet ad secundum, ait, non teneri in foro conscientie stare sententiæ: Quoniam, quando non interuenit culpa, non debetur pena. Et quoniam ea sententiæ fundatur in præsumptione, quòd culpa interuenit in ea acceptioe rei alienæ, quemadmodum autem, qui ante Concilium Tridentinum duxerat aliquam clandestinè, & postea duxerat aliam ante faciem Ecclesiæ, non tenebatur parere iudici præcipienti, habitare maritaliter cum secunda; eo quòd ea iudicis sententiæ fundaretur in præsumptione, quòd secunda esset legitima vxor illius, & non prima; eaque de causa, tæpò ei imponeretur excommunicatio nis pena, excommunicatus non esset coram Deo, non parendo tali sententiæ; ita res haberet in proposito, quòd condemnatus ad penam ob legitimam compensationem, non teneretur in foro conscientie subire eam penam, ex falsa præsumptione ei impositam.

Mihi probatur hæc responsio Medinae ad secundum dubium. Quoniam ea compensatio iuste ac licite est facta: eaque de causa, si ei, de cuius bonis est facta id conseruet, peccaret contra iustitiam accutendo eum, qui illam licet, aliquidque in penam eius compensationis ab eo accipiendo, tenereturque illi in conscientia foro ad omnia damna inde ei subsecuta. Et similiter, si in iudicio id aperit cõlatæ, peccaret iudex contra iustitiam ferendo talem sententiam, tenereturque similiter ei in conscientia foro ad omnia damna ex ea sententiæ illi subsequuta. Quia, vt dictum est, ius humanum nunquam intendit, prohibere in eo euentu compensationem in se æquam, & neque parti, neque iustitiæ publicæ in eo euentu iniuriosam. Quando autem in iudicio non constat, interuenisse in ea omnes conditiones requisitas ad licitam in foro conscientie compensationem, præsumptio est iuris, & de iure, interuenisse aliquam culpam, maiorem, vel minorem, prout fuerint conditiones, quas interuenisse non constat; eaque de causa potest iudex licite eum condemnare ad maiorem, vel ad minorem penam, prout fuerint conditiones, quas interuenisse non constat: ita tamen condemnatus stare non tenetur in foro conscientie tali sententiæ, quæ in falsa præsumptione fundatur.

Quod verò ad primum dubium attinet, in contrarium potius inclino responsioni Medinae. Nempe ita compensantem, & comparare dominium rerum, quas ita accipit in compensationem iustam ac licitam. Cum enim ea compensatio iusta ac licita sit, iureque naturali permisa, sanè eandem vni videatur in se, & in conscientie foro, habere, ac si publica autoritate esset facta: maxime cum dicere possimus, interuenire autoritatem diuinam mediante naturali iure, quæ illam permittit, ac licere docet. Confirmatur compensantem dominium earum rerum comparatè, quoniam

niam si dominium earum perseueraret cum eo, cuius erant ante compensationem, sequeretur, quòd si facta compensatione, res illæ perirent sine culpa eius, qui illas accepisset in suas, non perirent compensanti, sed ei, cuius erant antea erant; quòd, quòd aliud ius non est statutum, res perirent illi, cuius est. Vnde vltierus sequeretur, posse eum, qui res illas in compensationem iustam accepit, facere iterum aliam compensationem, exigereque de nouo suum debitum: quod nullus admittit, vt pote omnino absurdum.

Ad id verò, vnde Medina ducitur, vt eam sibi per suadeat opinionem. Nempe, quòd antiquus dominus potest extrahere postea eiusmodi res de potestate cuiuscumque, apud quem fuerint reperta, eiq; adiudicabuntur vt suæ; dicendum est. Falsum id esse, si constat, compensationem factam esse cum conditionibus requisitis, vt sit licita. Quando autem id non constat, præsumeretur facta illicite & iniuste, eaque de causa tales res, ex præsumptione, quòd iniuste essent vt patet, adiudicarentur in quo domino, aut in penam, quòd non via ordinaria esset facta, eidè adiudicarentur.

Quousque autem famulis, & alijs, quibus aliquid faciendum committitur, concedi possit, aut non possit, compensatio occultæ, Disputatio. 363. 506. & Disputatio. 548. dictum est. Illud circa dicta disputatio. 363. obserua. 1. 1. titu. 1. 2. lib. 5. nouæ collectionis sic esse dispositum. Mandamos, que ningun mercader, trapero, ni tratante, ni de cosas sales, ni tudidores ni iubeteros, ni calceteros, boques ni maravedis algunos, por que vayan a sus tiendas con los que van a sacar delas panos, ni sedas, ni otras mercaderias, so pena de lo pagar con el quatro tanto para nuestra Camara. Y otro si mandamos a los dichos saltes, y tudidores, y iubeteros, y calceteros, y otras personas a quien toca y atane lo syso dicho, que no pidan ni demanden los dichos boques, so pena de lo pagar con el quatro tanto para nuestra Camara.

DISPUT. 692.

Vtrum lata excommunicatione à prælato, vt qui rem aliquam accepit, illam intra certum tempus restituat, & qui id scit, rem intra idem tempus manifestet, ea excommunicatio comprehendat eum, qui in compensationem licitam rem accepit, eumque qui ita acceptam fuisse nouit.

S V M M A R I V M.

- 1 Excommunicatio vt furtum intra tantum tempus restituatur, aut aliud simile fiat, ad quod occultus peccator tenetur, & vt qui id scit, illud intra id tempus detegat, eorum habet à correctione media inter fratrem, seu paternam, ac iudicalem, & quid præcedere ante eam denunciationem debeat.
2 Excommunicatio si fuerit, ut aliquid intra tantum tempus restituatur, non ligat acceptum ac excommunicatum occultè accipit. Et quando idem erit dicendum, etiamsi compensatio facta sit cum peccato.
3 Sciens, aut omnino sibi persuadens, aliquid acceptum esse in compensationem licitam, aut retineri licite in compensationem, non tenetur id denunciare, vt iam si sub excommunicatione acceptum sit, vt denunciatur. In dubio verò, an licite retineatur, detegere illud tenetur.

Tractatu. 5. copiosius dicitur, eiusmodi excommunicationis ortum habent ex correctione media inter fratrem, seu paternam, de qua mentio est in Euangelio, & inter iudicalem, de qua quidem correctioe media sermo est. nouit, de iudicij, vt doctores ibi, & alibi, fuisse tradunt. Quatenus enim præcipue ea correctione intenditur erigere à peccato lethali est, qui rem alienam iniuste detinet, correctio illa est Euangelica. Quatenus verò simul intenditur per accidens, & ex consequenti, vt resarciatur damnum iniuste datum denunciati, atque ad petitionem illius id præceptum, eaque excommunicatio, sub qua id præcipitur, fertur, eadem correctio participat de iudiciali: eaque de causa media est inter fratrem, seu paternam, & iudicalem; tamen magis de fraterna seu paterna Euangelij participat, quam de iudiciali. Hinc est, quòd præsertim dum occultus est delinquens, præcedere debeat admonitio, ordoque in Euangelio præscriptus, si spes sit, quòd ea via respicietur, ac restituatur, vt tenetur, ferique debeat ea correctio cum quanta minima iactura tamè illius fuerit possibile, atque statim ac cessauerit à peccato, & à damno inmulto proximi, cessare debet ea correctio: nihil que impediens præcepto prælati, quo sub excommunicationis late sententiæ pena præcipitur, vt, qui nouerit, quis id habeat, eum denunciare ac detegat, non prius detegi possit ac denunciari, quam si, admonitus, non velit respicere, cessareque à peccato, vel nisi spes non sit, quòd admonitus, seruatoque ordine in Euangelio præscripto, non respicietur.

His ita constitutis, prima conclusio hæc de re est: Quando aliquid in compensationem licitam, modo præcedente disputatione explicato, fuit acceptum, certè, nihil impediens prælati præcepto sub excommunicationis late sententiæ pena, non tenetur, qui id accepit illud restituere, neque excommunicationem incurrit: esto prælatus expressè præcipiat, vt, quamuis in recompensationem fit acceptum, restituatur. Probatur, quoniam, qui id accepit, non tenetur id reddere, quasi debitum participet, eo quòd iuste id accepit ac retineat, neque in penam propter delictum; eo quòd nullum commiserit delictum, id ita accipiendo; neque prælatus accipere potest eam restitutionem, nisi ex hypothesi quòd, qui id accepit, sit in peccato id retinendo, ac non reddendo illi, cui reddi præcipitur, vel in alia culpa, ob quam prælatus id præcipere possit in penam: ergo in euentu, de quo nostra conclusio loquitur, nihil impediens prælati præcepto, ac excommunicationis pena, qui id in compensationem iustam ac licitam accepit, non tenetur illud reddere. Quòd si prælatus aliud intenderet, (quod tamen nullo modo est præsumendum) vtique eius præceptum esset iniustum, contineretque; errorem intolerabilem, ac proinde excommunicatio esset nulla omnino, de qua proinde non esset curandum. Ita Ioan. Med. de rest. q. 11. Nauar. in Mann. c. 17. nu. 114. & sequentibus, & doctores communiter.

Secunda conclusio. Quando debitum erat certum, & quod in compensationem est acceptum, non excedebat debiti quantitatem, eratque ipsius debitoris, atque ex compensatione nullum legebatur detrimentum, quod compensans suo vitare lethalis culpa post factam compensationem vitare teneretur, quòdque prælatus suo præcepto sub ea pena intenderet, vt compensans vitaret, tunc, et hoc compensatio esset facta cum lethali compensantis peccato, propterea quòd seruata non esset aliqua alia ex conditionibus præcedente disputatione explicatis, vt compensatio sit licita, vtique, quamuis prælatus sub pena excommunicationis præcipere, vt id restituere

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

tu, & quamvis dederet, ut restitueretur nihil impedire, quod id acceptum esset in compensationem, accipiens non teneretur id restituere, neque incidere in eam excommunicationem. Hanc conclusionem mihi persuado, quoniam accipiens non teneretur tunc in hoc eventu ex ipsa rei natura rem ita acceptam restituere; eo quod non peccaverit contra iustitiam tam ita accipiendo, quin potius per eam acceptationem redacta ad aequalitatem sit in aequalitas, quae antea erat inter ipsum & debitorem: unde communiter doctores consentiunt, nisi prelati in praepo ad dat, ut restituantur nihil impediens, quod in compensationem sit accepta, compensantem non teneri in hoc eventu eam restituere, ut Med. & Nauar. locis citatis, & alij affirmant; cuius rei haec est ratio: quoniam praepo illud, si id non addatur, intelligitur, quando accipiens ex ipsa rei natura restituere eam tenetur; si ergo in eventu nostrae conclusionis, ad dante prelati, quod, est accepta in recompensationem sit, restituatur, an iuraret obligatio eam restituendi sub poena excommunicationis, utique id ex eo esset quod prelati id statuere poterit in poenam delicti, ut Med. ubi supra affirmat.

Ceterum, si res haec recte expendatur, comparietur, non attinere ad prelatum punire eiusmodi occultum peccatum, quod in futurum non pendet, sed finitum, consummatumque iam est, praeteritum tempore, cogendo compensantem restituere, quod ex natura rei sic ita retinet, & praecipiendo, ut seipsum efficiat exequatorem eius poenae. Poena quippe excommunicationis non imponitur ei propter peccatum praeteritum, sed nisi velit obedire praepo prelati, exequendo aduersus seipsum poenam temporalem, quam ei prelati ob praeteritum delictum imponit. Unde arbitror, prelati potestatem ad id non se extendere, eaque de causa, si illa elicit illius mens in eo praepo, contineret errorem intolerabilem, neque in conscientia obligaret. Quando ergo prelati sub excommunicationis sententia praepo rem ablata restituat, nihilque ulterius addit, intelligitur, quando ex natura ipsa rei compensans ad id tenetur, lectulo eo suo praepo. Quando vero addit, nihil impediens, quod res accepta sit in compensationem, intelligit, tum quando debitum non erat cessum, tum etiam quando plus fuit acceptum, (in hoc tamen eventu solum intelligit quoad incrementum) tum denique quando ex compensatione sequitur est damnium, quod compensans tenetur vitare restituendo, quod in compensationem accepit. Quod si de prelati mente aliud constaret, vel ex verbis praepo, vel aliunde certè praepo tunc errorem contineret intolerabilem, neque in conscientia obligaret.

Tertia conclusio. Qui scit, aut sibi omnino persuadet, rem acceptam esse in compensationem in eventibus, in quibus duabus praesentibus conclusionibus dictum est, accipientem non teneri rem restituere nihil impediens praepo, & poena excommunicationis appolita, sanè is neque tenetur, neque potest, denunciare prelati, quis rem accepit, aut possidet: quia potius, si prelati obligare in his eventibus intendet scientes, ut id denuncia- rent, praepo contineret errorem intolerabilem, ac proinde non obligaret, neque transgredientes id praepo incurrent excommunicationem. In dubio tamen an res in talem recompensationem esset accepta, teneretur scientes sub excommunicationis poena id denunciare. Neque esset satis, si qui id accepit, diceret, se in compensationem iustam id accepit, ut, qui in eo esset dubio, denunciare id non deberet, nisi qui id sic affirmaret, esset talis, cui merito esset omnino credendum, ut Nauar. ubi supra probè obseruat. Conclusio haec communis est do-

Tertia conclusio.

Altera conclusio.

ctorum: Quoniam sciens solum tenetur manifestare eam, qui rem accepit, quando accipiens tenetur eam restituere: eo quod in eo solo euenit potest ad id prelati obligare. Obseruat vero optimè Nauar. ubi supra, si in euentu, in quo quis non tenetur rem restituere, sub iure iurando interrogetur, an ipse eam accepit, possit negare et respondere, intellegendum in euentu, in quo tenetur id manifestare. Ratio autem est, quoniam in eo solo sensu debet index interrogare, si legitime ac iuridice interroget: in euentu autem, in quo quis non legitime interrogatur, non tenetur respondere ad mentem interrogantis, sed satis est, quod respondeat in aliquo sensu vero, praeteritum in eo, in quo index interrogare debet, si legitime ac iuridice interrogare. Idem dicit, si quis sub iure iurando interrogetur, an sciat quis rem accepit, aut restituat, in euentu, in quo ipse non tenetur id manifestare: potest enim respondere similitèr negare, intelligendo in euentu, in quo ipse tenetur id manifestare.

DISPV. 693.

Utrum captiui inter Turcas, ac Saracenos, & alios, cum quibus ex parte nostra bellum est iustum, & ex parte ipsorum iniustum, verum furtum, aut rapinam, committant, accipiendo eorum bona, ipsi iniuri.

SVMMA RIVM.

1. Furtum committit captiuus Christianus, si aliquid clam accipit ab infidelibus, a quo bello iusto ex parte infidelium esse captus.
2. Captiuus Christianus iniuri ab infidelibus capti, licite sciunt, & licite accipiunt competentem suorum obsequiorum compensationem ab ipsis, a quibus detinentur, aut qui causa eius captiuitatis ad damnorum ipsi fuerunt, etiam tempore treguae aut pacis.
3. Furtum non committunt, quinque de re publica Christianorum, quae bellum iustum habet cum infidelibus, aliquid ex eis infidelibus belli tempore diripiunt, sed licite id efficiunt. Excipit, si diripiatur ab eis, qui ex pacto inter nos conuersi fuerunt, aut si qui iniuri ex pacto inter illos versati fuerunt.

Disputatio haec ad rem licite compensationis etiam spectat. Et quamuis in principio Disputatio. 37. aliquid haec de re dictum sit, copiosius tamen est hoc loco examinanda.

Quando Christianus aliquis bello iusto ex parte infidelium legitime esset captus, dubium non est, quin verum furtum, aut rapinam, committeret, si vi, aut clam, aliquid acciperet ab eo, a quo legitime possideretur, aut a re publica, ex cuius parte bellum esset iustum: non secus ac de captiuis, qui apud nos sunt, est dicendum, quando bellum a parte nostram est iustum, legitimeque illa nobis possidentur, & ideo re haec arctauimus, ut in titulo est proposita.

Prima ergo de hac re est conclusio. Captiuus, de quibus hoc loco controuerimus, non solum licite possunt fugere atque euadere captiuitatem, sed etiam accipere possunt de bonis eorum, a quibus captiui detinentur, quae causa fuerunt damni ipsorum, competentem recompensationem pro seruatis, & pro iniurijs, quas passi sunt. Hanc affirmat Caieta. l. 2. q. 66. art. 8. Probari autem potest, quoniam eiusmodi compensatio iusta est ex natura rei: si verò ex ali-

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

quo capite esset licita, solum esset, quia sit propria autoritate: Ceterum, licet eiusmodi captiui sint inter illos, sunt tamen de aliena re publica, vereque sunt hostes illorum, qui non sperantius suum obtinere per potestates reipublicae, in qua detinentur, ac exantur iniuste: ergo licite possunt ius suum exequi aduersus illos, tanquam aduersus alterius reipublicae, quae iustum habet bellum aduersus illos, quaeque potest fumere de illis competentem satisfactionem ac vindictam: praeteritum cum princeps reipublicae talium captiuorum praesumendi non sint ea in parte iniuri, neque sit aequum, ut sint iniuri. Quo fit, ut non solum occulte, sed etiam aperte, ac vi, possint mandare id exequutioni, si spes sit, quod abique graui in commodo assequantur, quod intenditur. Quin & quicunque alij licite eos possunt ad id adiuuare: eo quod non aliud id sit, quam ad rem iustam cum eis cooperari.

Secunda conclusio.

Secunda conclusio. Etiam tempore treguae inter utramque reipublicam fas est eiusmodi captiuos fugere, accipereque competentem compensationem pro seruatis, ac iniurijs ab eis acceptis, a quibus eas sunt passi. Probat, quoniam in tregua, aut pace, solum intelligitur, quod nullus de numero eorum, qui sunt in vnaquaque earum rerum publicarum, inuadat reipublicam alteram, & damnum vel aliquod illi inferat: non verò quod quis iniuste detinetur in vna, non possint transgredere ad aliam, a portando se cum iustam mercedem suorum laborum iustaque compensationem iniuriarum, quas illi alia sunt passi.

Tertia conclusio.

Tertia conclusio. Tempore belli hoc est, quando neque pax neque tregua est, fas est, non solum eiusmodi captiuos, sed etiam quibuscunque de re publica reipublicae accipere a Turcis & a Saracenis, contra quos bellum iustum habemus, quaeunque, tanquam a veris hostibus, idque non solum clam, sed etiam vi. Excipit, quando ex pacto conuersi sunt inter illos, aut illi inter nos neam tunc tregua est inter illos & nos, quoad eos possidet, quita ex pacto conuersi sunt, & de hoc euentu feruntur etiam conclusiones sequenti. Probat, quod conclusio proposita, Quoniam verè sunt hostes nostri: neque est praesumptio, quod principes nostri sint quod illi iniuri, qui potius id approbant, aequumque est, ut id ratum habeant: quare cum iuste fiat, haecque autoritate, saltem praesumpta, nostrorum principum consequens est, ut licite fiat: praeteritum cum, supposita veritate sanctissimae fidei nostrae, & quod belli iustitia a nostra parte pugnet, nullum sit rationale scandalum ea in re.

Quarta conclusio.

Quarta conclusio. Quando nostri inter illos ex pacto commorantur, ut quando peregrinantes Hierosolymam, de illorum consensu, transeunt per terras, quas illi occupatas habent, aut aliquis nostrorum, ex eorum facultate, versatur inter illos, ut redemptio captiuorum, aut alteri negotiationi intendat, vel illi, de facultate nostrorum principum, inter nos commorantur, nefas est, non solum vi, sed etiam clam, quicquam illorum eripere, nisi eorum aliquis in particulari aliud iniuste retinetur: eius, qui id acciperet, aut aliquam aliam iniuriam ei fecisset, in cuius re compensationem iusta, clam, abique vi scandalosa, id acciperet. Probat, quod conclusio, quia tales infideles domini reuera sunt rerum suarum mobilium, licet reipublice eorum iniuste possideant terras, quas a Christianis occupauerunt, suppositoque illo pacto, nefas est bellum aduersus quos eorum commouere, illum vel bonis suis spoliare, eo quod ibi loci habeat regula illa Aug. & communis. c. noli. 23. questio. 15. Fides quando promittitur, etiam hosti seruanda est: ergo iniustitia cum onere retinendi, fieret tali infide- li, si aliquid ab eo vi aut clam, eriperetur. Si autem

is, a quo aliquid tunc eriperetur, retineret iniuste aliquid eius, qui id acciperet, ut tributum, quod Turca iniuste praecipit eos soluere, qui Hierosolymam petunt, vel pretium, quod Christianus ei dedisset in suam redemptionem ob captiuitatem iniustam, aut aliud simile, vel aliam ab eo accepisset iniuriam, tunc fas vique esset, clam, & abique scandalo, tantum esse ab eo eripere in compensationem iniustam. Quoniam tunc, neque iniustitia interueniret, neque peccatum contra caritatem, sed solum violatio forte fidei daretur, quam in eo euentu non plus tenetur seruare, quam ille, qui sine iuramento solgere promississet viuras, aut dare aureos centum grassatori, ne ipsum iniuste interficeret. Cum scandalo uero, & existente notitia eiusmodi infidelitatis, simile quid ab eo eripere, peccatum esset non quidem iniustitiae, sed scandali, de integritate, existimationis, quam par est infideles de nobis habere. Praeterea, qui id acciperet, nisi tibi diceret priuata sua autoritate, & contra praesumptam voluntatem principis, quod est illicitum.

DISPV. 694.

De penis spiritualibus pro furto, in quo factum illegitimum interuenit, pro furto, seu rapina piratarum, & pro furto ex naufragio, statutus.

SVMMA RIVM.

1. Furtum sacrilegium si sit cum effractione loci sacri, incurritur pro illo excommunicatio.
2. Incendiarij non sunt ipso iure excommunicati, sed sub excommunicatione ferenda sententia in iudicium est crimen. Et nunc id intelligitur de solis incendiarij loci sacri.
3. Piratae rapinam committunt, interficiendo, paratim interficere ac percutere resistentes, excommunicati, que sunt de caena Domini ipsi & receptatores eorum, aut auxilium scienter vel sanonem eis praebentes. Et qui hi omnes sint.
4. Receptatores piratarum neque necessitate, ad euadendum grauiam mala non peccant, neque excommunicationem incurunt.
5. Receptatores Turcas, aut alios infideles piratas, an excommunicationem incurant.
6. Furtum regulariter committitur circueas naufragij, si occurrat animo sibi eas retinendi, excommunicatioque ob illud de caena Domini incurritur.
7. Accipiens sibi de naufragio, quae nisi ipse eripere, statim erant peritura, an excommunicationem incurrat.
8. Eam excommunicationem non incurret simplex, qui licere arbitretur aliquid sibi de naufragio rursus.

Incendum deinde est de penis pro furto, & rapina statutis: ordiendumque est de penis spiritualibus excommunicationis ab Ecclesia statutis. Quod ad primum eorum, quae proposita sunt, attinet, disputatio. 684. est explanatum, quando in furto, aut rapina, sacrilegium interueniat, vel ex parte rei furto ablata, vel ex parte loci, vel eua ex parte vitraeque. Quando autem furtum, aut rapina sit in loco sacro, effringendo fores, parietes, seras, tectum, aut aliquid aliud, tunc, quia furatur, est ipso facto excommunicatus, ut supponit c. conuelli de sent. excommunic. ex eoque textu consistat. Videtur verò id supponi ex c. omnes Ecclesie. 17. qua sitio. 4. iuncto c. canonica. 11. qua sitio. 3. Quod si talis effractor simul ac raptor denunciatur excommunicatus, tunc absolui

Tertia conclusio.

absoluti non potest ab alio, quam a summo Pontifice, vt habetur. c. conuicti citato. Effraçio tamen loci facti, iussu sepatur furtum. non iustici, vt effraçor sit ipso facto excommunicatus. In his consentiunt. Panorm. c. conuicti, citato, & c. ult. de furtis, Caiet. v. excommunicatio. c. 21. & Nauar. in Manu. c. 27. num. 94. Nominè verò loci facti, quoad ta- crilegium, & quoad hanc penam, inteli gatur quilibet Ecclesia, monasterium, hospitale. ermitas, quam vocant. modo adificata sit de facultate Summi Pontificis, aut Episcopi, & ceterum à summo Pontifice, aut ab Episcopo, benedictum, vt Nauar. vbi supra, & alij quos citat, consentaneè ad varia iura, affirmant. Quando autem sacrilegi furtum non sit cum effraçione loci facti, tunc, qui illud committit, non est ipso facto excommunicatus; sed excommunicandus quouque satisfaciatur, si admonitus, satisfacere noluerit, vt aperte constat ex capit. conquestus de foro competenti, & affirmant Panormit. vbi supra, & Doctores communiter: iuxta quod caput intelligenda accipiendaque sunt antiquiora iura ea de re lata.

2. Panormit. c. tua nos, de senten. excommuni. vult, incendiarios loci facti esse ipso facto excommunicatos, & antequam denunciatur excommunicati, absolutionem non esse referuata summo Pontifici referuata, vt aperte disponitur hoc vltimo caput. tua nos citato. Verior tamen est sententia Caiet. verb. excommunicatio, cap. 22. quem sequitur Nauar. nume. 94. citato, incendiarios non esse excommunicatos ipso iure, sed excommunicandos, si in id incidant crimen, quasi sub pena excommunicationis, non lata sententia, sed ferenda, sit id crimen prohibuit, vt habetur. cap. pessimam 24. q. 8. neq; est alius textus vnde colligatur, eos esse excommunicatos ipso facto. Capite verò tua nos, citato, statuitur, quod si excommunicatur, denunciaturq; excommunicati, eo ipso absolutio talis excommunicationis sit referuata summo Pontifici. Caiet. cap. 22. citato intelligit caput illud tua nos, de quibusque incendiaris, siue loci facti, siue alterius loci, quibus omnibus incendiarijs statuta est pena excommunicationis, non lata sententia, sed ferenda. c. pessimam citato. Alij verò solum intelligunt c. tua nos de incendiarijs loci facti: eo quod titulus de sententia excommunicationis, loquatur de excommunicationibus pro sacrilegijs impolitis. Hæc de primo eorum, quæ propolita sunt.

3. Quod verò ad secundum attinet. Constat piratas, marimove latrones, raptores esse: eo quod tum violentia furentur. Constat item, non solum peccare eos grauissimo lethali peccato furti, cum circumstantia vis illata, interdum interficiendo, aut mutilando, damnaque alia inferendo, aut eorum periculo se exponendo, quin & aggrediendo, paratos ea omnia efficere, si illi, quos ita aggrediuntur, ac mari perpetuo quarunt, eis resistant; sed etiam teneri restituere damna omnia, quæ ita iniuste inferunt: neque est, quod his de rebus hoc loco controvertamus. Solum verò sunt explicanda censura, quas ob id crimen incurunt.

1. In primis, capit. excommunicationi de raptoribus præcipitur, vt excommunicationi subiciantur, qui capere, aut spoliare, præsumperint Christianos pro negotiatione, vel alijs honestis causis, nauigantes. Canon tamen hic non est lata sententia, sed ferenda.

Hodie verò clausula 3. bullæ cenæ Domini sic habet: Anathematizamus omnes piratas, cursarios, ac latrunculos maritimos, & illos præcipue qui in arboribus monte Argentario vsque ad Terracinam discurrere, & nauigantes in illo depradari, mutilare, in-

A. terficere, ac rebus & bonis suis spoliare, præsumunt, ac omnes receptatores eorundem, & eis auxilium scienter dantes vel fauorem. In hac clausula ipso facto excommunicantur pirata, seu latrones maritimi, modò tunc quam ex his actionibus executioni mudent, atque ad effectum perducant, nempe prædari nauigantes, aut eos mutilare, vel interficere, vel rebus suis spoliare. Quod si nullam harum actionum ad effectum perducant, peccabunt quidem lethaliter eo animo discurrendo per mare, aut etiam aliquos aggrediendo, non tamen erunt excommunicati. Quod si nauigantes deserant res alienas, eisque, aut eorum aliqua pirata quenquam eorum spoliare, vtique excommunicatus ea excommunicatione: eo quod verè depraderet ita nauigantem, esto eam non spoliaret re sua, sed aliena. Præsertim, cum satis hic eam esse nauigantis quoad custodiam, vt sua, in re propolita dicatur.

2. Nominè piratarum, cursariorum, ac latronum maritimorum (quos Hispanè corsarios vocamus) intelliguntur omnes, qui ex instituto discurrunt per mare animo prædandi, siue simul intendunt exercere mercaturam, aut aliquid aliud, siue non, & siue parui piratae sint, siue magni. Parui quippe piratae dicuntur latrunculi maritimi in ea clausula, vt intelligatur sermone esse de quibuscunque piratis, tam paruis, quam magnis, vt Caiet. verb. excommunicatio. cap. 28. obseruat. Illi tamen, qui iniustum bellum contra aliquam rempublicam gerunt, & tanquam hostes, in belli consequentiam, depradantur homines talis reipublicæ, quamvis lethaliter peccent, atque ad restitutionem damnorum illa illatorum teneantur: non tamen dicuntur piratae, eaque de causa non incurunt hæc excommunicationem, vt Ang. verb. excommunicatio. 7. cap. 20. Nauar. in Manu. cap. 29. nume. 59. & alij, rectè affirmant. Præterea, qui discurrunt per mare, non intunt, & quasi ex instituto prædandi, casique aliquando, vel necessitate, vel cupiditate, prædantur, non censentur piratae, eaque de causa non incurunt hanc excommunicationem, vt Syluest. & Nauar. locis citatis aduersus Ang. alleuerant. Satis tamen est, vt quis pirata dicatur, incurratque proinde hanc excommunicationem, si intuitu depradandi homines vnius nationis dumtaxat discurrat per mare, vt si Galli discurrant animo prædandi solos Lusitanos. Ita Nauar. vbi supra.

3. Qui nunquam egredierentur flumen aliquod, in quo depradarentur, non incurrent hanc excommunicationem, iuxta Ang. verb. pirata, & doctores communiter. Quoniam non essent latrones maritimi, de quibus solis in hac clausula est sermo.

4. Qui vero discurreret per mare, ingrederetur portum, aut flumen, & depradarentur nauigia, quæ ex nauigatione ibi se receperunt, hanc vitique incurrent excommunicationem: quia verè essent piratae, & depradarentur nauigantes. Illi vero, qui discurrerent per mare, appareant ad aliquem locum, ac depradarentur in terra, non incidere in hanc excommunicationem: eo quod non depradarentur nauigantes. Toties verò piratae incurunt excommunicationem hanc, quoties depradantur, interficiuntur, aut mutilant nauigantes.

5. In eadem clausula excommunicantur receptatores piratarum, & auxilium scienter eis dantes, vel fauorè. Quod intelligendum est de receptoribus, quatenus pirata inde iuuam accipiunt ad prædandum, aut ne ob id crimen puniantur, vel ne de potestate eorum eripiantur, quæ depradati sunt, aut ne coperens accipiantur ex eis satisfactio. Vt si ex eo, quod recipiatur in aliquo portu, aut ibi necessaria eis vendantur, sequatur eos plures prædas exercere, aut impedire.

pediator, hæc capiantur ac puniantur ab eis, qui iuste eas capere, ac punire propter id crimen possunt, aut ne de potestate eorum eripiantur, quæ depradati sunt, vel ne competens satisfactio ex eis accipiantur. Eodem modo intelligendi illi sunt dare eis auxilium vel fauorem, qui ad ea, quæ commemorata sunt, eis fauent, aut auxilium dant. Et quia is, qui consiliu daret, eo ipso fauere dicitur ad id, ad quod consiliu præstat, sane, qui ad prædicta consiliu daret, aut nunciu de præda, quam exercere possent, ad eos mitteret, incidere in hanc excommunicationem. Qui verò eos aliter reciperent, aut in alijs auxilijs, vel fauorem, illis darent, esto id esset ad aliquod aliud malum patrandum, non incurrent hanc excommunicationem. Quia non essent receptatores, auxiliatores, vel fauores, piratarum, qui tales, sed ad aliud, vt in simili explicauimus in materia de fide 96. r. r. artic. 4. dum sermo nobis erat de receptoribus, & fautoribus, hæreticorum.

6. Dubium est, quid si piratae accedant, vt recipiantur in aliquo portu, & habitatores illius iuste sint eam gratæ aliquod malum ipsi ab eis inferendum, nisi illos recipiant, tribuantque eis necessaria, incidere in hanc excommunicationem, si eos recipiant, eisque necessaria tribuant, quando inde maiores vires luant ad prædandum.

7. Respondendum est negante. Quoniam lex humana non intendit cum tanto detrimento obligare, neque iuste cum eo obligare potest.

8. Dubium deinde est, si Christiani aliqui concedant Turcis portum, vbi se reficiant, scientes eos accedere ad prædas extendendas inter Christianos, atque intelligentes, eos inde maiores vires ad id assumere, vt tum in hac excommunicationem incidat Partem negantem tunc erit videtur, imprimis, quod Turce non incidant in hanc excommunicationem, eo quod sint extra Ecclesiam, eaque de causa non sint de numero piratarum, quos in hac clausula summus Pontifex excommunicat. Postquam autem dixit, anathematizamus omnes piratas, subiunxit: Et omnes receptatores eorundem, &c. hoc est piratas, quos excommunicamus. Deinde, quod cum Turca, & Saraceni, bellum licet iniustum, gerant aduersum nos, non proprie videtur piratae, dum accedant ad nos capiendum, diripiendum, ac occidendum, sed sunt hostes nostri, qui in belli consequentiam, nos diripiunt: quo fit, vt receptatores, & fauores, eorum, non videantur in hac clausula comprehendi. Hæc satis probabilem reddunt partem que negat. Pars tamen affirmans non caret sua probabilitate. Eo quod potius ad legislatoris mentem, quam ad legis verba, sit attendendum: mens autem legislatoris fuisse videtur, excommunicare omnes piratas, quantum sua iurisdicçio se extendit, & receptatores quorumcumque piratarum ac latronum maritimorum, nihil impediens, quod piratae ipsi incapaces essent eius excommunicationis. Adde, inter nos, Turcas, & Saracenos, qui nos inuadunt, piratas, & cursarios, atque latrones maritimos, nuncupari. Et quod, si mens summi Pontificis interrogaretur, num vellet etiam comprehendere receptatores horum, responsurus videtur affirmante, esto nihil hæc de re cogitauerit, quado legem tulit. Quare, quamuis probabilius videatur, hos receptatores eam excommunicationem non incurere, res tamen non caret aliqua dubij effugie. Hæc de secundo eorum que propolita sunt.

9. Quod verò ad tertium attinet, nempe de furto ex naufragio, satis patet ex ijs, quæ circa definitionem furti Disputatio. 681. a nobis dicta sunt, obnoxia ea esse restitutioni proprijs dominis, furtumque circa ea committi, si animo ea retinendi accipiantur: nisi quando domini carum rerum ea haberent pro delictis: quod tamen regulariter non est, præsumen-

dum, vt Disputatio. 68. comprobatum est, ubi subieci- mus, quando aliquid tale habendum sit pro delicto, & simul ostendimus, iniurias esse leges, quæ statuant, vt eiusmodi bona, tanquam obnoxia, ipso facto pertineant ad situm domini provinciarum, quod deueniunt.

10. De iure Canonico, capit. excommunicationi, de raptoribus excommunicantur ipso facto, qui Christianos, patientes naufragium, spoliant rebus suis, nisi ablata reddiderint, hoc est, eo ipso quod in mora sint restituendi. Quare ad incurrendam excommunicationem illam, non satis erat eripere de naufragio, sed vltierius requireretur, eos esse in mora restituendi. Vnde interim, dum non erant in mora restituendi, quia non se offerbant, quibus possent restituere, non inueniebant excommunicationem illam, esto, animo non restituerent, aliquid accepissent. Non tamen necessarium erat admonitio, vt incurret excommunicationem illam, vt aduersus Ioan. Andr. notant Panor. & doctores communiter.

11. Hodie verò de Cenæ Domini sunt excommunicati, qui de naufragio aliquid accipiunt: sicut enim habet quarta clausula eius Bullæ: Excommunicamus, & anathematizamus, omnes, & singulos, qui Christianorum, quocumque nauibus, tempestate, seu in transiurium, (vt dicitur solet) iactatis, vel quocumque modo naufragium, passis, siue in ipsis nauibus, siue ex eisdem ecclesijs in mari, vel in litore inuenta, cuiuscumque generis bona, tam in nostri Tyreni, & Adriatici, quibus in cæteris cuiuscumque maris regionibus, & littoribus, surripuerint, ita vt neque ob quocumque privilegium, consuetudinem, aut longissimam, etiam immemorabilem, temporis possessionem, seu alium quemcumque pretextum, excusari possint.

12. Obserua primò, aliter habuisse quondam hanc clausulam, quam hodie in Bulla Clementis octauæ habet: & iuxta verba antiqua non incurrebant hanc excommunicationem, qui aliquid accipiebant, & iactatum ob tempestatem ex nauibus, atque illa naufragium faceret; eo quod non esset verbum vllum in hac clausula, quod eos comprehenderet: hodie verò, etiam hi, hanc incurunt excommunicationem: quia verè accipiunt eieçta de nauibus tempestate iactatis, quos comprehendunt verba huius clausulæ, vt constat illam expendenti. In hac verò clausula nomine, nauis, quocumque nauigium intelligitur, etiam si sit terrene. Tum quia nomen nauis tam late interdum usurpatur. Tum etiam, quia ea est mens legislatoris, ad quam potius, quam ad verba, quibus est expressa, est attendendum.

13. Obserua secundò, eos, qui de naufragio, aut ex ecclesijs de nauis tempestate iactata, aliqua accipiunt, quæ eorum domini habent pro delictis, cum non peccent ita ea accipiendo, neque incurrebant hanc excommunicationem, quæ non est impolita, nisi pro lethali culpa facti similibus rerum. Idem dic de eis, qui easdem res accipiunt, quas domini earum non habent pro delictis, at tamen eas accipiunt non quidem animo sibi illas retinendi, sed seruandas eas proprijs ipsarum domini: quoniam, enim non mutauerint propolitu, nec in mora fuerint eas restituendi, ita vt lethaliter peccent, non incurunt hanc excommunicationem, quæ, vt dictum est, pro lethali culpa facti similibus rerum.

14. Obserua tertio, ad incurrendam hanc excommunicationem, satis esse accipere de eiusmodi rebus animo eas sibi retinendi, esto, qui accipit, non in mora eas restituendi, quia non comparat is, cui restituendum est faciendum: eo enim ipsos, quod eo animo eas accipit, illas furatur: verbum autem furari est, si-

ea clausula appositum, idem pollet ac significat, quod furari fuerint: comprehendit quippe inuenta in litore absque defensore, si qui ea accipiunt, illa sibi usurpant atque accipiunt. Quare, et sic postea mutant animum, casque tempore congruo restituunt, hanc incurrit excommunicationem. Item, si quis bona fide accipiat aliquid, ignorans esse de numero eiusmodi rerum, eo ipso, quod iniuste vult illud retinere, committit aduersus proprium dominum furtum eiusmodi rerum, ac proinde incidit in hanc excommunicationem: id quod expressum erat quodam verbis in hac clausula appositis. Fortè illa expuncta sunt, ad non innodandum hac excommunicatione eos, qui titulo oneroso, aut gratuito, bona fide accipient eiuſmodi res ab alijs, esto postea intelligerent, eas à principio usurpatae esse ex naufragio. Non tamen est illi huc res certa.

Quando, quod ex eiusmodi rebus esset acceptum, vel in litore, vel in mari, aut in nauis, animo id sibi usurpandi contra domini voluntatem, tam modicè esset, quod non sufficeret ad culpam lethalem, iuxta ea quae superius explanata sunt, tunc non incurreretur hac excommunicatio. Non desinit verò, qui arbi traretur, ad incurrendam hanc excommunicationem, non sufficere quantitatem, quae satis sit ad lethalem culpam furti, sed requiri longè maiore. Dicebatur. Quoniam pena esse debet proportionata culpae: incidit enim in lethale peccatum ob quantitatem, quae non sit admodum notabilis, non est culpa digna excommunicatione, quae tam arde Sedè Apostolica referetur, et ad cuius absolutione obtinendam, necessarii saepe sint sumptus non modici, ob distantiam loci à Sede Apostolica. Non est tamè certa haec opinio, neque redderetur tutum in conscientia, qui iuxta eam absolueretur, et qui eam absolueret, quasi in eo euentu excommunicatio non esset, aut referretur talis excommunicatio non esset fumto Pontifici. Tum quia, licet vnus furando quantitatem non ita magnam, ceterum quae sufficeret ad culpam lethalem, non inferret damnum admodum notabile: multi tamen, qui simili modo furarentur, illud inferre possent. Tum etiam quoniam propter genus delicti, quod expedit, vt de medio tollatur, apponi potest insolita pena. Tum praeterea, quoniam excommunicationes maio res omnes in se sunt quae les: referuatio autem, quae per accidens habet adiungos sumptus & molestiam, est pro potestate Summi Pontificis: sicut & referuatio absolutionis à quibusdam peccatis. Tum denique quoniam, cum lex Summi Pontificis haec de re sit vniuersalis, et meritas minimeque securum est, quemquam excipere eorū, quos generalitas illius comprehendit, absque Summi Pontificis declaratione. Maxime cum per difficultes est, absque Summi Pontificis declaratione, taxare, quae quantitas, ad peccatum lethale sufficiens, satis esset ad eam excommunicationem incurrendam, quae non item.

Dubium. 7

Dubium est. Vtrum incurrant hanc excommunicationem illi, qui de rebus, de quibus in hac clausula est sermo, accipiunt ea, quae, nisi ipsi ea acciperent, statim erant peritura, vt faccharum, farinam, papyrum, & eiusmodi. Conueniunt omnes, quando eripi possunt sine probabili mortis periculo, teneri eripientem ea restituere, accepta mercede sui laboris ac industria: si verò ea accipiat animo sibi illa retinendi, incidere in hanc excommunicationem. Quando verò eripiuntur cum probabili mortis periculo, & nisi ita eriperentur, certo erant peritura, nec dominus volebat se exponere ei periculo, nec habebat alium, qui mercede, aut gratis se vellet exponere tali periculo in gratiam illius, affirmant multi, eripientem non teneri ea restituere domino: eaque de causa non incurrit hanc excommunicationem, si ea sibi retineat.

Ita Syluest. verb. naufragium. Nauar. in Manu. capit. 17. numero 98. eandemque sententiam innuit Caieta. secunda secundae, quaestio 66. articulo quinto versiculo, nota tertio, ac sequuntur alij. Eam sibi persuadent, quoniam in eo euentu eripiens eiusmodi bona, neque ex caritate tenetur ea eripere domino illorum: & cum peritura sint omnino absque aliqua spe: nullam facit iniuriam illorum domino, si de exponere velit ei periculo, vt ea sibi ipsi eripiat: quin potius illorum dominus, irrationabiliter erit iniustus, si id prohibeat: quo fit, vt ita ea eripiens, non peccet, & vt ea apprehensione comparat sibi eorum dominum, ac proinde non incurrat hanc excommunicationem.

Contra nihilominus sententia videtur probabilior. Primo, quoniam durum videtur, quod quis sine suo consensu amittat dominium rerum suarū, illudque alius acquirat, hoc solo, quod eas eripiat de periculo, quod erant periturae, contrariumque videtur definitum. I. Pomponius, iuncta gloſa sibi ff. de acquirendo rerum dominio, quare, si prior manet dominus, nihil impediens quod licet alius eum periculo suae vitae esse interitū eripiat, & certe ad antiquum dominum pertinent, neque eripienti cum periculo propriae vitae debebitur, nisi competens pretium sui laboris ac periculi, eaque de causa, si eripiens, animo sibi eas retinendi, altero iniusto, eas accipiat, incidit in excommunicationem hanc, nisi excusetur ignorantia, qua arbitretur, id in eo euentu sibi licere, vt auctores contrariae sententiae sunt arbitrati. Secundo, quoniam licet eripiens non teneatur se exponere periculo pro eis bonis liberandis, potest tamen dominus eorum bonorum, non velle ea illi concedere, nisi sibi det partem eorum: quod si eripiens non velit ea lege ea liberare, & postea eorum dominus velle, vt potius pererant, quandoquidem eripiens non vult esse ei vitis in illorum parte aliqua: quo fit, vt is, cuius illa erant, non amittat eorū dominium, nisi ea eripienti concedat. Tertio, quoniam, offerentibus se duobus ad ea eripiendum cum periculo propriae vitae, quorum neuter velit ea eripere domino, sed sibi, postea dominus concedere vni eorum ius ea sibi eripiendi cum pacto, vt partem aliam quam coram domino reliquerit: ergo ex eo, quod similia bona sint in eo periculo, dominus illorum non amittit illorum dominium, atque adeo, si sine ipsius consensu formalis, aut praesumptio, illa liberentur, non sunt accipientis. Quarto, quoniam si quis amittat rem suam, quae nisi quaeratur, esset peritura, nullatenus eam quaerere, si dominus possit illam quaerere; & tamen, si quis eam quaerit & inueniat, tenetur eam restituere domino, accepta iusta mercede sui laboris ac industria: ergo idem erit, quando idem cum periculo propriae vitae eam eripit ab interitu, quam dominus vel non vult cum tanto suo periculo eripere, vel non potest.

Obseruat Syluester & Nauarrus locis citatis, & simpliciter, qui lege regionis iniusta, aut aliqua ratione, crederet, licere vſurpare sibi rem aliquam de naufragio, non incurrit hanc excommunicationem, eam sibi vſurpando.

De penis temporalibus pro furto, & vtrum licite homines pro furto interdum occidantur.

SUMMARYM.

Furem interficere cum quinto decalogi precepto non pugnat, licitumque publica auctoritate esse potest, maxime.

DISPV. 695.

De penis temporalibus pro furto, & vtrum licite homines pro furto interdum occidantur.

SUMMARYM.

Furem interficere cum quinto decalogi precepto non pugnat, licitumque publica auctoritate esse potest, maxime.

maximè procedente lege, quae id statuat. Pur ad quid cogitur in exteriori foro, non in penam, sed quia ad id tenetur ex natura rei, in foroque conscientiae nulla expectata sententia. Furtum tum manifestum, tum etiam non manifestum, quibus penis civilibus seu pecuniarijs iure communi puniatur. Actio furti ad penam civilem, & actio ad re furti ablatam, & ad damna subsequuta, quantam dicitur statem habeant. Possunt scorsim intentari, aut etiā simul incidenter vna ex alia eodem libello. Agi etiam potest ob furtum criminaliter ad penam corporalem, sed tunc locum non habet actio ad penam civilem. Et pro furto impositi non poterat iure communi pena mortis nec mutilationis.

Agere auliter vno modo sinitur presse, pro agere ad interesse distinctum a pena: alio modo late, pro agere etiam ad penam pecuniariam. Agere item criminaliter vno modo sinitur late pro agere ad penam sine corporalem, sine pecuniariam: alio verò modo presse pro agere ad penam corporalem. Actio primo modo auliter, non impedit actionem criminaliter primo neque secundo modo. Agere verò auliter ad penam pecuniariam, impedit agere simul criminaliter ad penam corporalem, & contra.

De iure communi nefas est interficere, aut mutilare simpliciter furem, etiam pro tertio furto, aut pro quarto furto: damanda tamen non sunt leges, aut consuetudo, quae pro tertio furto interficiunt, aut qui pro tertio furto certam quantitatem, aut qualitatem, mutilant, vel interficiunt. Et qualis esse debeant ea furti. Neque furti regulari debet sed furca suspendi.

Fur, gressator, & latro, in quo differant de iure communi, & quae penas de eodem iure sint illis impositae. Pro vno furto magne quantitatis, quod tribus equis polleat, aggregari debet pena, sed non debet fur suspēdi, vbi lex, aut consuetudo, non fuerint in contrarium, vt in hoc regno non sunt. Furtum de iure communi circa immobilia licet non committatur, quae pena statuta sit momenti terminos agrorum, aut limitum oppidorum. Furtum quando quis aggressus est committere, neque est furtum, quae actio aduersus illum competat, & quae pena sit puniendus.

Furtus variæ penae in hoc regno statuta. Hodie regulariter, nisi propter nobilitatem commutanda pena sit in exilium, flagellantur pro primo furto, (tametsi aliquibus in locis, si soluendo sint, damnentur pena dupli soluenda offensa, & septupli soluenda fisco) pro secundo flagellantur, & abiciuntur eis aures, & pro tertio furca necantur.

Furtus si aures in penam abiciantur, non est ea pena mutilationis membri, neque iudices ob eam penam irregularitatem incurunt.

Furti in castris commissi qualiter puniuntur.

Furem reperiri abscessis aurius, licet sufficiens sit vt interrogetur de causa abscessionis, & nisi aliam probet, vt subiciatur tormentis, vt confiteatur duo priora furti, ac suspendatur pro eo tertio, non tamen est sufficiens conuictura, vt probatum confiteatur, furti commissum, post illas abscessas esse tertium.

Furtus hodie pro primo furto imponitur penam remigandi in trivernibus, & pro secundo pena flagellorum ac remigandi in trivernibus.

Furtum ex naufragio vt hodie puniatur in hoc regno restituatque totum iuberi dominis. Idem de bestijs cadentibus & ponte, aut aliter periclitantibus, aut percutibus.

Furtum, rapina, aut vis in curia regia, aut in regio rastro, morte plectitur, & vt mitigata sit ea lex.

Furtum, aut vis, circa animalia, aut alia ad cultum attinentia, vt puniatur.

Furti pena puniatur, & insuper reddere dominis tenentur.

tur res, aut estimaciones earum, ac damna, quicunque oneroso aut gratuito titulo, vel in casu sodiam, ac ceperit aliquid a mancipijs. Furtorum quorum cognitio ad indices de la herman clax plectet, & quibus penis ea furti puniatur. Furtibus, eorum receptoribus, ac participibus, & alijs, quoniam pena committitur in penam remigandi in trivernibus. Furem interficiens, quando a pena mortis eximitur. Furtibus penae Lusitano iure statuta. Furtum rem vſurpantem ablatam, qui eo in regno emittitur, puniatur pena furis, esto ostendat a quo eam emittit. Lege alia ad penas furium, aut ementium a furtibus, attentata.

Furtum si ecclesiasticis, quibus penis iure Canonico puniatur.

Furtum cum effractione, sed sine vi illata persona, quibus penis iure communi puniatur.

Furtum idem, & perforatio ad faciendum quodcumque aliud maleficium, quibus penis iure huius regni puniatur.

Furtum idem quibus penis iure Lusitano puniatur.

Raptores bonorum externorum, quales etiam sunt gressatores & piratae, quibus penis iure communi plebuntur, & quae actiones aduersus eos competebant. In his computantur, qui iuris privilegio raptores censentur.

Raptores idem, quibus penis iure huius regni puniatur.

Raptoris penas in hoc regno incurritur canepinos, seu bancarij, & eorum fautores, qui cum pecunijs apud ipsos depositis fugiunt, & mercatores, eorumque fautores, quae merces credito accipiunt, & similiter fugiunt, aut qui cum quibuscumque alijs rebus scalcā, & qui hos omnes recipiunt.

Raptoribus quae pena iure Lusitano statuta.

Raptores, si persone sint ecclesiasticae, quibus penis Canonico iure puniatur.

Furtum, in quo sacrilegium interuenit, quibus penis iure communi Castraeo puniatur.

Furtum idem quibus penis iure huius regni puniatur.

Furtum idem quibus penis iure Lusitano puniatur.

Furtum, quod peculatus dicitur, quibus penis puniatur.

Peculatus, praesertim quo ad monetas eudendas, circuncidendas, destruidas, aut extrahendas de regno, quibus penis de iure huius regni puniatur.

Peculatus crimen quibus penis iure Lusitano puniatur.

Criminis legis Iuliae de residuis pena.

Criminum abigeatus ac plagij pena.

Furti aduersus concasas ad vnu furto ablatam, vel ad illius estimacionem, ad fructus, & ad damna inde sequuta, etiam licri cessantis, condicio finitima co petit, & quantenus singule teneantur.

Furti aduersus concasas actio ad penam pecuniariam parti lese applicandam, competi vt vna tantum illi ab omnibus soluatur, quam praecipue soluere tenetur causa furti principalis, nisi furtum comparatione illius sit dome sticum. Ad penam verò pecuniariam fisco applicandam, aut ad penam corporalem, competit actio, vt singulae concasae puniuntur integra pena. Et quando non interueniat furti pro parte concasae, soluaturque teneatur ad interesse & damnum, & quando ad nihil.

Rapina, concasas, aut furti, in quo sacrilegium, aut alia circunstantia aggregantur, interueniat, vt puniatur.

Furti concasas quando mitius puniatur, quam causa principalis.